



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Summula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri
Raymundi**

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

Munera possunt dari licite quinq[ue] modis

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

Summula Raymundi

R Secundo notandum. Ista dicitur dans simoniacus. Ratio est ista. quia res us et scientes pari pena puniendi sunt. ergo dans simoniacus simoniacus censetur esse idem cum eo. ut Raymundus manifeste tangit in textu.

T Tertio notandum. simonia fit secundum iura decretalia quoniam munus datur pro re spirituali. Pro quo notandum. quod munus est triplex. Nam quoddam est munus a manu. quoddam a lingua. et quoddam ab obsequio. Unum munus a manu fit per pecuniam largiendam. Sed munus lingue fit per petitiones et per precamina. ut si aliquis rex vel princeps petit aliquem ut ferat tali tale beneficium. tunc ibi fit munus a lingua. Sic tunc quidam doctores iuris dicunt quod isti dicuntur simoniaci. Ratio est. quia iste peccatus sunt sicut unum mandatum. Sed si aliquis simplex homo vel miles peccat principem vel regem vel aliquem dominum magni ut tali daret beneficium tunc non dicitur simoniacus. sed simpliciter datur talis illud beneficium propter peccatus vel precamina. Sed munus ab obsequio fit ut si aliquis alteri seruiret et pro illo seruitio daret ei seruitium spirituale. propter hoc non esset simoniacus. Et quo tunc elicitur quod primo modo munus facit simoniacum. scilicet munus a manu.

Q Quarto notandum. quod munera possunt dari licite quinque modis. Primo modo gratis. Pro quo est sciendum. ad hoc quod munera gratis dentur consideratur quattuor modis. Primo consideratur qualitas dantis. Secundo qualitas accipientis. Verbi gratia ut si pauper datur diuiti aliquid munus tunc habet suspitio de eo. quia diues debet dare pauperi. Tertio consideratur quantitas muneris dari. utrum sit magni vel parui munus. Quarto consideratur qualitas temporis. verum tunc datur quoniam beneficium vacat vel an datur antequam beneficium vacet. et quouis modo contingat tunc semper est suspitio. **S** Secundo modo munus a manu licite dari potest alicui pro officio implendo ad quod talis non est obligatus. verbi gratia si aliquis transiens ad curiam romanam datur vni quatuor grossos vel solidos ut compleat beneficium sui curiam intrando et retinendo beneficium ad quod ipse obligatus. et sic tunc vicarius suus non iudicatur propter hoc simoniacus. **T** Tertio modo munera possunt dari licite per operibus licitis et debitis. verbi gratia. episcopus vel archidiaconus plebanus ecclesiam ille potest recipere munus moderatum. propter hoc tamen non censetur simoniacus. **Q** Quarto munera possunt dari ad redimendum exactiones. Verbi gratia. ut si aliquis est tenens res ecclesie per longum tempus. modo aliquis sacerdos non potest ab ipso alienare tales res ecclesie. nec per iudicium nec aliquid aliud nisi propter munera vel pecunias. modo si sacerdos datur munera tali per ista re spirituali. propter hoc non censetur simoniacus. **Q** Quinto munera dantur licite per elemosinam largiendam. hoc est per vitam eternam consequendam. et ista dicitur aliquid spirituale. quia nihil est spiritualius vita eterna. et propter hoc talis non redditur simoniacus. Et sic per qualiter in unum possunt dari quinque modis.

Q Quinto est notandum. dictum est prius quod munus ab obsequio fit absque simonia. Pro quo est sciendum. quod obsequium est duplex. nam quoddam est obsequium corporale. quoddam spirituale. **C** Corporale est duplex. nam quoddam est obsequium corporale honestum. quoddam inhonestum. Honestum est. ut si aliquis seruit episcopo pro bono episcopi et totius diocesis. et post hoc transferat ad curiam romanam seu obtineat beneficium per tale episcopum. propter hoc talis non censetur simoniacus. Sed obsequium inhonestum est quod est contra deum. et propter tale obsequium aliquis redditur simoniacus. Sed in obsequiis spiritualibus nullus debet seruire pro beneficio nisi alicui beneficio esset annexum officium. sic quod illud officium teneret

pagere a beneficio. ut aliquē legere de beata virgine vel de aliquo sancto
propter hoc talis non redditur symoniacus

¶ Ultimo notandum. quod beneficium est duplex. nā quoddam est curatum. et quoddam
viam non est curatum. modo quicumque petit pro beneficio curato pro se vel pro alio ille
reddat symoniacus. Si autem illud beneficium non est curatum. tunc licite potest petere
pro se vel pro alio. sic quod non incurrit symoniam

.i. vix collatorē donavit

Contra patronum tibi si dedit ecclesiam quis

.i. tu detes resignare .i. phibitū inuenio

Non maneat in ea. tua nolo sit hec violenter

.i. monachis. .i. aliquis

Est symonia gravis summam si fratribus vllam

summā pecunie

Das spe prebende. vel si promittis eandem

Totum restitue symonis quod adeptus es arte

¶ Sic auctor ponit alium casum de symonia dicens. si aliquis promoueret ad aliam
quam ecclesiam vel aliquod beneficium inuito patrono. .i. vero collatore illius ecclesie
vel beneficii. ille non debet manere in illa ecclesia violenter. Subdit. gravis est symonia
si quis aliquibus hominibus det summam pecunie vel aliquid munus sub spe accipendi
rendi prebendam. et vnusquisque tenet restituere quod symoniacè adeptus est

¶ Pro quo notandum circa lram. quod nullus debet retinere ecclesiam vel aliquid
quod beneficium contra voluntatem patroni. .i. veri collatoris. Cuius causa est. quia alius
promitteret rapinam. quod sic patet. quia ipse inuito domino tractat res alienas. et ideo
talis grauiter est puniendus

¶ Secundo notandum. quod qui dat aliquid munus aliquibus superioribus ut ipsi recipiant
eum in partem. et sibi assignet certam prebendam. talis est symoniacus. et
si prebenda sibi est assignata debet eam resignare. et de peccatis satisfacere. aliter
eterna damnationem incurret

¶ Tercio notandum. ex quo hic dicitur de patrono. Patronus sic definitur. est
ille qui habet potestatem presentandi clericum ad aliquod beneficium. quia dicitur regula iuris
Patroni interest presentare. episcopi autem recipere

¶ Quarto notandum. quod ex tribus aliis potest fieri patronus Primo quia potest conferre
certum beneficium. Secundo quia fundauit ecclesiam. Tercio quia ipse promissit conferre
ecclesiam. Pro quo nota. quod ad patronum duo requiruntur. scilicet aliquid honoris. et aliquid oneris
Primo requiritur aliquid honoris. quia sibi debet utilitas. nā
si fuerit de pauperibus. tunc iste beneficiarius ab eo tenet eum recipere et sibi pro
uidere de necessariis. Secundo debet sibi aliquid oneris. quia talis patronus debet
posse ipsi beneficio. et istud defendere ab inimicis.

¶ Quinto notandum pro modo dubij. vix ius patronatus possit alienari
Ridet quod ius patronatus alienari pluribus modis. Primo per hereditariam
successionem. ut si pater moriatur et habuit aliquid ius patronatus. istud per hereditariam
successionem transferretur ad filium. Secundo alienari per venditionem tali modo. quia si terra
ciuitas vel villa vendatur. tunc ius patronatus transferretur cum ciuitate vel villa
vendita. quia specialiter et pro se vendi non debet. eo quod est annexum spirituali. Tercio